



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de erroribus Pelagianorum, de gratia, de iustificatione & merito,
de virtutibus theologicis & quatuor cardinalibus, ac de ineffabili mysterio
incarnationis

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

§. III. Modus admirabilis, quo in mundum fides Christiana inducta &
propagata est, tertium credibilitatis ejus argumentum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77177)

alios querere veritatem, quam facile est ab Ecclesia sumere, cum Apostoli quasi in depositarium, dices, plenissime in ea contulerint omnia que sunt veritatis, ut omnis eorumque velit, sumat ex ea potum vite: hæc enim vita introitus, omnes autem vires sunt & larrones, propter quod oportet devitare quidem illos; quæ verò sunt Ecclesie, cum magna diligentia servare, & apprehendere veritatis traditionem.

243

Sanctitas verò Christianæ doctrinæ in eo apparet, quod nulla est levis offensio contra Deum, vel proximum, aut propriam honestatem, quam non contemnet; nullum pietatis aut virtutis officium, quod non commendat: nullus modo amandi Deum excellentior eo quem tradit, ex toto corde, totâ animâ, totis viribus; nullus finis præfatus eo ad quem dirigit; nullum medium necessarium ad illum assequendum; cuius notitiam & usum non doceat; nullum motivum efficacius vitæ piæ & sanctæ instituendam, iis quæ suggerit, sive ex Dei curâ cernentis præsentia, sive ex iudicio futuro, sive ex aliis capitibus: nullis denique efficacioribus mediis mens humana compelli potest ad omnem religionem erga Deum, & charitatem erga proximum, quàm iis quæ doctrina Catholica tradit. Hæc est quod admirabiles & quasi cælestes homines videntur, etiam infidelibus, & videntur hi, qui huic cælesti & purissimæ doctrinæ conformem vitam agunt. Iru Paulus ad Philippenses 2. de primis Christianis affirmat, eos in medio Gentilium lucere, sicut luminaria in mundo. Sic de S. Luciano martyre refert Metaphrastes in ejus vita, Ethnicos solo ejus conspectu ad fidem Christi fuisse conversos. Et Athanasius de S. Antonio scribit in ejus vita, quamvis latere maxime cuperet, & satageret, orbis tamen universi oculos ad se convertisse, admirabili sanctitate vitæ. Et de S. Hilario idem testatur Hieronymus; de Simeone Stilite Theodoretus, & de Martino Sulpitius. Item D. Chrysostomus homil. de recta vita, Et unius Christiani modesti aspectu, facilius converti Ethnicos, quàm aspectu cæli & terræ. Hanc denique Ecclesiæ sanctitatem demonstrant infinita propemodum Monachorum agmina, & innumera Religionis & Ordines, non ad alium finem instituti, nisi ad divinum culum, & proximorum salutem promovendam, & ad amulandum in terris perpetuam & indissolubilem unionem, quam cum Deo clarè viso Beati habent in cælis. Unde cum Eudoxia Theodosii junioris conjux, Jerusalem venisset, ut sacra loca inviseret, & vidisset innumera fere monasteria, inter se vicina, quibus præerat Euthimius Abbas, præ admiratione exclamavit. Quam pulchra sunt tentoria tua ô Jacob, habitationes tue ô Israël! Numer. 24. Demum in ejusdem veritatis confirmationem adduci potest testimonium Plinii junioris, qui de Christianis ad Imperatorem Trajanum scribens: Præter obstinationem non sacrificandi (nempe falsis diis) nihil in illis cõperisse testatur, quàm cæcis antelucanos ad canendum Christo & Deo, & ad considerandum disciplinam: homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam, & cetera scelera prohibentes, ut refert Tertullianus in Apologetico cap. 2.

244

Tertia qualitas doctrinæ Christianæ, nimirum vis & efficacia, elucet in eo quod homines à summa impietate ad summam pietatē traducit, ut de Thessalonicensibus scribit Paulus 1. ad Thessal. 1. idque tam promptè & celeriter, ut meritò dicere

A possimus, quod unius anni prædicatio Evangelica, plus attulit virtutis & justitiæ in mundum, quàm omnium Philosophorum scholæ omnibus sæculis efficere potuissent. Quare à Prophetâ Regio (ut supra annotavimus) lex Domini non solum immaculata, sed etiam convertens animas appellatur, nempe quia miram habet vim & efficaciam ad convertendas animas, & ad prævios hominum mores corrigendos. Unde pulchre Lactantius lib. 2. cap. 25. Dei præcepta, quæ & simplicia & vera sunt, quantum valeant in animis hominum, quotidiana experimenta demonstrant. Da mihi virum qui sit iracundus, maledicus, effrenatus, paucissimis Dei verbis tam placidum quam ovem reddam. Da cupidum, avarum, tenacem; iam tibi cito liberalem dabo, & pecuniam plenis manibus largierem. Da timidum doloris ac maiorem; iam cruce & igne, periculum & tantum contemnet: Da libidinosum, adulterum, concubinum; iam sobrium, castum, continentem videbis. Da crudellem, & sanguinem appetentem; iam in veram elementiam furor ille mutabitur. Da iniustum, insipientem, peccatorem; continuo & æquus, & prudens, & innocens erit; tanta enim divina sapientia vis est, ut in hominis pectus insula, delictorum sulcitiam uno semel impetu expellat.

Dicent forte Gentiles, repentinas illas morum mutationes apud suos extitisse, ut de Polemone fertur, qui cum vitam flagitiosissimam duceret, scholam Xenocratis, de virtutis excellentia & pulchritudine differentis, ingressus, repente in virum alterum mutatus est. Sed respondetur primò in moribus Gentilium nunquam fuisse perfectam mutationem; nam et si variis virtutibus nonnunquam præditi fuerint, semper tamen vitio aliquo, si non palam, saltem clanculum, laborarunt, ut de Socrate, Platone, & Aristotele, Philosophorum Principibus, notum est. Secundo si quæ mutationes repentinæ in eis existerint; fuerunt rarissimæ, & fortè unum aut alterum ad emendationem vitæ prioris Philosophia Paganorum induxit, ubi fides Evangelica in finitum omnis ætatis, sexus, conditionis, generis, à summa impietate, & vivendi licentia, ad summam pietatem, & morum puritatem & sanctitatem traduxit. Tertiò Philosophia ethnica nonnullos divitiarum & voluptatum contemptum edocuit: sed fides Evangelica Christianos edocet mundi, & sui contemptum, qui longè difficilior est; humilitatem cordis, amorem crucis, & dilectionem inimicorum, quæ ut docet Tertullianus lib. ad Scapulam, cap. 1. est veluti proprius Christianorum character, eos à Gentilibus & Judæis discernens: tubemur (inquit) inimicos diligere, ut hæc sit perfectæ & propriæ bonitatis nostræ, non communis: amicos enim diligere, omnium est; inimicos autem, solum Christianorum.

§. III

Modus admirabilis, quo in mundum fides Christiana inducta & propagata est, tertium creditur eius argumentum.

Pura in hoc argumento continentur admiratione dignissima, & quæ fidei nostræ propagatione, opus esse duntaxat divinæ virtutis manifestè demonstrant. Primum est promptitudo seu celeritas, quæ Christi fides per totum fere mundum introducta & diffusa est: nam Paulus ad Coloss. 1. ait jam suo tempore fidem Christi fructificasse in universo mundo, & Justinus Martyr, qui vixit initio secundi sæculi, in Dialogo cum Triphone ait

id: Nullum hominum genus est, siue Barbarorum, A
siue Graecorum, aut eorum qui planis pro domibus
manant, vel qui domorum usum non habent, apud
eum Iesu, qui cruci suffixus est, nomine, preces &
exaudiuit omniun rerum Creatori non fiant. Ea-
dem habet Irenaeus lib. 1. cap. 3. & Tertullianus,
idem habet Irenaeus lib. 1. cap. 7. libri
qui etiam secundo saeculo floruit, cap. 7. libri
contra Iudeos dicit, Christianam fidem latius
fuisse donatam, quam Romanum imperium;
fuisse donatam, Romanis inaccessa, fuisse Chri-
stianae subdita. Denique Plinius lib. 10. Epist. 97.
ad Trajanum Imperatorem: Non civitates tan-
tae (inquit) sed & vicos, atque agros, supersti-
tiosa istius (Christianae) contagio pervagata est.
Certe satis constat prope iam desolata templa (idolo-
rum) capisse celebrari, & sacra solemnia divinter-
misse. Unde bellè Chrysostomus in libro quod
Christus est Deus, ait quod sicut Deus initio mun-
di dixit: Germinet terra herbam viuentem, & in
momento omnia fuere pratum, omnia hortus;
ita iussit ut Ecclesia brevi tempore fieret, & ne-
mo potuit obistere, & ut Synagoga destrueretur
cum templo, & nemo potuit restituere.

Secundo admiratione dignissimum est, tam
celerem mundi conversionem, & fidei pecto-
rum orbem diffusionem, factam esse per Apo-
stolos, id est per pauculos piscatores, antea ru-
des & idiotas, imbelles, pauperes, contemptibi-
les, non armorum potentia, non Magnatum
praesidio, non opum, voluptatum, aut hono-
rum illecebris, non eloquentia vi, sed solâ
Christi virtute & sapientia, ut eleganter expen-
dit Chrysostomus serm. 3. Pentecostes, His
verbis: Peragravit Piscatores orbem terrarum, &
infirmum eum inuenientes, ad sanitatem deduce-
runt, & in ruina positum, ad stabilitatem revo-
caverunt: non scuta moventes, non arcus tenden-
tes, non sagittas mittentes, non pecuniam largien-
tes, vin in eloquentia confidentes: pecuniâ indi-
gentes, sed regnum caelorum possidentes; non ha-
bentes humana solatia, habentes autem Dominum
suum. Peragravit universum orbem oves simul
cum lupis, & vulnerata à bestis non sunt oves, D
sed magis lupi ad ovium mansuetudinem sunt conversi.
Ex libro quod Christus est Deus, sic discunt:
nemo unquam aedificans murum ex cemento &
lapidibus, si manus ei ligentur, posset opus per-
ficere: Apostoli autem non tantum ligati, sed
innumera passim, aedificaverunt toto orbe
Ecclesiam, & fidem per totum mundum dis-
seminarunt, contradicentibus omnibus, repug-
nante Principum & Magistratum potentia,
Philosophorum sapientia, Rhetorum eloquen-
tia, repugnantibus demum humanis sensibus &
affectibus: in quo certè elucet maxima vis &
potentia fidei nostrae, & crucis Christi. Nam, ut
rectè discunt Medina lib. supra citato de recta
fide in Deum, cap. 4. cum nihil temporale, nihil
caducum, nihil ad fluxum & terrenam felicitatem
conducens, Majores nostros ad Christianam vi-
vendi rationem pellexerit, debuit esse divinum
aliquid, quod in Christiana Religione, primisq;
E illius fundatoribus & propagatoribus adverte-
runt. Nec enim erant tam stulti & amentes, ut
absque ratione se, famam, honores, vitam, fortu-
nas, suaque omnia temerariè pessundarent. Gran-
de, inquam, fuisse oportet, quod impulsit illi homi-
nes, qui alioqui, sicut ceteri mortales, humanis
affectibus agebantur, legi ac religio: quæ car-
ni & sanguini bellum in diceret, praesentibusque
omnibus spoliaret, contra eam quam à suis pro-

genitoribus acceperant rationem vivendi, contra
patrias leges, contra Principum imperia, contra
cognatorum suasiones, contra uxorum, filiorum,
ac parentum lacrymas, nomina dederint, & in
eius verba, non vi & armis coacti, imò contra
vim & arma iuraverint: neque ullis suppliciis &
tormentis, ab ea suscipienda deterrent, & à sus-
cepta averti potuerint.

Alia consideratio hujus argumenti est, quod
Apostolorum praedicatio non solum fidei jugo
subdidit homines plebeios, rudes, & ignaros, sed
etiam viros suorum doctissimos, Dionysium, Cle-
mentem, Irenaeum, Justinum, Arnobium, Ari-
stidem, Athenagoram, Lactantium, Tertullia-
num, & alios viros eloquentes & doctos, qui
Christianam legem totâ doctrinâ & secundiâ in-
fectabantur, & convitiis, ac scommatibus prosci-
debant, ut de se ait Tertullianus in Apologetico
cap. 18. Haec (inquit) nos risimus aliquando, de
vestris sumus: sunt, non nascuntur Christiani.
Ipsi etiam Imperatores, Reges, & Principes, pis-
catorum doctrinâ paruerunt, & quas furore per-
sequebantur, persecuti sunt fide, ut bellè ait Au-
gustinus lib. 22. de civit. cap. 7. qui etiam con-
cione in Psal. 6. Admirans quomodo Deus per
piscatores mundum converterit, haec scribit: El-
git Imperatores postea, sed melius est, ut Romanus
cum venerit Imperator, ploret ad memoriam Piscato-
ris (id est ad Petri Apostoli sepulchrum) quam
si ploraret piscator ad memoriam Imperatoris. Et
Chrysostomus homil. 26. in cap. 12. Epist. 2 ad
Corinth. haec scribit: Qui indutus est purpurâ, &
coronatus diademate, venit ut amplectatur sepulchra
Petri & Pauli; & deposito fastu, eras Piscatorem,
& Artificem scenae factorum, ut pro ipso ad Deum
intercedant. Ergo ne Dominum mortuum vocabitis,
eius servi post mortem sunt protectores Imperatorum
totius orbis?

§. IV.

Firmitas, & incrementum fidei nostrae, in modis
persecutionibus, quantum credibilitatis
eius argumentum.

Hoc argumentum duo continet credibilita- 248
tis nostrae fidei motiva, primum sumitur
ex Ecclesiae firmitate & stabilitate, inter tot per-
secutiones quae passa est; quae certe evidens indi-
cium est, illam speciali curâ & providentiâ pro-
tegi & conservari à Deo: videas enim, inquit Me-
dina, libro supra citato cap. 6. florentissimas & so-
lidissimas quasque respublicas, vel externis bel-
lis, vel seditionibus internis abollitas: cum tamen
contra, nulla persecutionem tempestas, nullus
tentationis turbo, nulla procella calamitatum,
Christianam fidem & Religionem demerferit;
sed quanto vehementius diabolica & mundanae
persecutiones ingravescerant, tanto magis novo
germine pullulabat Ecclesia; nimirum quia fun-
data est supra firmam petram, contra quam portae
inferi praevalere non possunt. Cumque vel unius
gentis potentia summis imperiis everteret dis-
cisset; nam Assyrios Medus, Medos Persicus, Per-
sas Graecus, duce Alexandro, Graecos Romanus
delevit exercitus, qui deinceps Gothicis, Wanda-
lis, Hunnis, Longobardis, Turcis, Alanis, Fran-
cis Imperium cessit invitus: in Ecclesiam tamen
non Medis solum, non Persae, non Graeci, non
Romani, sed nec universus orbis, unanimi con-
spiratione insurgens, praevalere potuit. Paucissimi
Romani Imperatores Christiani, brevi temporis
spatio